Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



bitur grã. Et quod nouit amaritudinẽ anime suae / in gaudio eius non
miscebit extraneus. Domus impiorum delebitur / tabernacula iustorum flo
rebunt. Est via quae uidetur homini iusta / nouissima autem eius ducunt ad
mortem. Risus dolore miscebitur / et extrema gaudii luctus occupat. Viis
suis replebitur stultus / et super eum erit uir bonus. Innocens credit omni
uerbo / astutus considerat gressus suos. Sapiens timet et declinat
a malo / stultus transilit et confidit. Impatiens operabitur stulticiam / et uir ue
sutus odiosus est. Possidebunt paruuli stulticiam / et astuti expectabunt
scientiam. Tacebunt mali ante bonos / et impii ante portas iustorum. Etiam
proximo suo pauper odiosus erit / amici uero diuitum multi. Qui despicit p
ximum suum peccat / qui autem miseretur pauperi beatus erit. Qui credit uicino
misericordiam diligit / errant qui operantur malum / misericordia et ueritas praeparant
bona. In omni opere bono erit abundantia / ubi autem uerba sunt plurima ibi
frequens erit egestas. Corona sapientium diuitiae eorum / fatuitas stultorum im
prudentia. Liberat animas testis fidelis / et profert mendacia uersipellis.
In timore domini fiducia fortitudinis / et filius eius erit spes. Timor domini fons
uitae / ut declinent a ruina mortis. In multitudine populi dignitas
regis / et in paucitate plebis ignominia principis. Qui patiens est multa
gubernatur prudentia / qui autem impatiens est exaltat stulticiam suam. Vita car
nis sanitas cordis / putredo ossium inuidia. Qui calumpniatur egentem
exprobrat factori / honorat autem eum qui miseretur pauperis. In malicia sua
expellet impius / speratur autem iusto in morte sua. In corde prudentis requiescit
sapientia / et in doctos quosque erudiet. Iustitia eleuat gentem / miseros facit
populos peccatum. Acceptus est regi minister intelligens / iracundiam eius
inutilis sustinebit. Responsio mollis frangit iram / sermo durus su
scitat furorem. Lingua sapientium ornat scientiam / os fatuorum ebullit
stulticiam. In omni loco oculi domini contemplantur bonos et malos. Lingua
placabilis lignum uitae / quae autem immoderata est conteret spiritum. Stult